



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 103. Constitutio Alexandri VII. Papæ contra Jansenistarum
interpretationes edita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

§. CIII.

*Constitutio Alexandri VII. Papæ
contra Jansenistarum interpreta-
tiones edita.*Sæc. XVII.
A. C. 1656.

Postquam igitur Alexander VII. Pon-
tifex Maximus ex Cleri Gallicani
litteris probe cognoverat, quod potissi-
mi ex Franciæ Præsulibus integerrima
fide sese Pontificiæ Constitutioni ac
Ecclesiæ judicio submitterent, econtra-
rio autem Jansenii Fautores artificiosis
interpretationibus censuram eludere,
necnon doctrinas in quinque proposi-
tionibus damnatas vindicare intenti
essent, ut huic malo efficacius oppo-
neret remedium, die decima sexta Octo-
bris sequentem edidit Constitutionem:

*Bull. magn.
Alex. VII.
Const. t. 6.*

„Ad Sacram Beati Petri Sedem &
„universalis Ecclesiæ regimen, inscru-
„tabili divinæ Providentiæ dispositio-
„ne, nullis nostris suffragantibus me-
„ritis evecti, nihil nobis antiquius ex
„muneris nostri debito esse duximus,
„quam ut sanctæ fidei nostræ, ac sa-
„crorum dogmatum integritati, tradita
„vobis a Deo potestate, opportune con-
„suleremus.”

„Ac licet ea, quæ Apostolicis Con-
„stitutionibus abunde fuerunt definita,
„novæ decisionis seu declarationis ac-
„cessio-

Hist. Eccles. Tom. LXII.

X

„cessio-

Sæc. XVII. „cessione nequaquam indigeant, quia
 A. C. 1656. „tamen aliqui publicæ tranquillitatis

„perturbatores illa in dubium revocare
 „vel subdolis interpretationibus labo-
 „factare non verentur, ne morbus ille
 „latius divagetur, promptum Aposto-
 „licæ auctoritatis remedium censuimus
 „non esse differendum. Emanavit si-
 „quidem alias a felicis recordationis
 „Innocentio PP. X. Prædecessore nostro
 „Constitutio, declaratio. & definitio

His præmissis Pontifex Innocen-
 tii X. Constitutionem adduxit, post-
 modum ita prosecutus: „Cum autem
 „sicut accepimus, nonnulli iniquitatis
 „Fili prædictas quinque Propositiones
 „vel in libro prædicto ejusdem Corneli
 „Jansenii non reperiri, sed fictas, &
 „pro arbitrio compositas esse, vel non
 „in sensu ab eodem intento damnatas
 „fuisse asserere, magno cum Christi Fi-
 „delium scandalo non reformident. Nos
 „qui omnia, quæ hac in re gesta sunt
 „suffICIENTER & attente perspeximus
 „utpote qui ejusdem Innocentii Præ-
 „decessoris jussu, dum adhuc in mino-
 „ribus constituti Cardinalatus munere
 „fungeremur, omnibus illis congressio-
 „bus interfuimus, in quibus Apostolica
 „auctoritate eadem causa discussa est
 „ea profecto diligentia, qua major de-
 „siderari non posset, quamcunque dubi-
 „tatione

„tationem super præmissis in posterum Sæc. XVII.
 „auferre volentes, ut omnes Christi fi- A. C. 1656.
 „deles in ejusdem fidei unitate sese con-
 „tineant, ex debito nostri Pastoralis
 „officii, ac matura deliberatione præ-
 „insertam Innocentii Prædecessoris no-
 „stri Constitutionem, declarationem &
 „definitionem harum serie confirma-
 „mus, approbamus & innovamus; &
 „quinque illas Propositiones ex libro
 „præmemorati Cornelii *Jansenii* Epi-
 „scopi Yprensis, cui titulus: *Augusti-*
 „*nus*, excerptas, ac in sensu ab eodem
 „Cornelio intento damnatas fuisse, de-
 „claramus & definimus, & uti tales,
 „inusta scilicet eadem singulis nota, quæ
 „in prædicta declaratione, & definitio-
 „ne, unicuique illarum sigillatim inuri-
 „tur, iterum damnamus.

„Ac eundem librum sæpe dicti Cor-
 „nelii *Jansenii*, cui titulus: *Augustinus*,
 „omnesque alios tam manuscriptos,
 „quam typis editos, & si quos forsan
 „in posterum edi contigerit, in quibus
 „prædicta Cornelii *Jansenii* doctrina, ut
 „supra damnata defenditur, vel astrui-
 „tur, aut defendetur, vel astruetur,
 „damnamus itidem, atque prohibemus.
 „Mandantes omnibus Christi Fidelibus,
 „ne prædictam doctrinam teneant, præ-
 „dicent, doceant, verbo vel scripto ex-
 „ponant, vel interpreteatur publice vel
 „pri-

Sæc. XVII. „privatim, palam vel occulte impri-
A. C. 1656. „mant, sub poenis & censuris contra
 „hæreticos in jure expressis, ipso facto,
 „absque alia declaratione incurrendis.
 „Præcipimus igitur omnibus Ve-
 „nerabilibus Fratribus nostris Patriar-
 „chis, Primatibus, Metropolitanis,
 „Archiepiscopis, Episcopis, cæteris
 „que locorum Ordinariis, ac hæretice
 „pravitatis Inquisitoribus, & Judicibus
 „Ecclesiasticis, ad quos pertinet,
 „præinsertam Innocentii Prædecessoris
 „Constitutionem, declarationem & de-
 „finitionem juxta præsentem nostram
 „determinationem ab omnibus obtem-
 „perari faciant, ac inobedientes & re-
 „belles prædictis poenis, aliisque juribus
 „& facti remediis, invocato etiam, si
 „opus fuerit, brachii sæcularis auxi-
 „lio, omnino coerceant. Datum Ro-
 „mæ apud Sanctam Mariam Majorem
 „anno Incarnationis Dominicæ mille-
 „simo sexcentesimo quinquagesimo ses-
 „cento, decimo septimo Kal. Nov. Pon-
 „tificatus nostri anno secundo..

Post promulgatam hanc Consti-
 tionem, suadentibus Mazarino Cardi-
 nale, & Petro de Marca, ceteri Præ-
 sules in Parisiensi Conventu congre-
 gati addidere juramenti formulam in-
 tra Mensem ab omnibus Prælatibus sub-
 scribendam, cujus tenor erat sequens:
 „Ego

„Ego me submitto sincere constitutioni Sæc. XVII.
 „Papæ Innocentii X. datæ 31. Maij 1653. A. C. 1656.
 „Secundum verum illius sensum, qui
 „est determinatus per constitutionem
 „N. S. P. Alexandri VII. datam 16. Oct.
 „1656. Ego agnosco, me esse obliga-
 „tum in conscientia his constitutioni-
 „bus: & condemno ore & corde do-
 „ctrinam quinque propositionum Cor-
 „nelii Jansenii, contentam in ejus li-
 „bro, cui titulus *Augustinus*, quam duo
 „Pontifices & Episcopi condemnarunt.
 „Hæc doctrina non est doctrina S. Au-
 „gustini, quem Jansenius male expli-
 „cavit, contra verum sensum hujus
 „S. Doctoris.,

Rogabant insuper hi Præsules sum-
 mum Pontificem, ut hanc juramenti
 formulam sua quoque auctoritate fir-
 maret, omnibusque observandam præ-
 scriberet, illam etiam anno hujus sæ-
 culi sexagesimo quarto Mense Aprili
 Franciæ Rex edito desuper decreto
 ab omnibus subditis in usum deduci
 præcepit.

§. CIV.

*Ejusdem summi Pontificis epistola ad
 Joannem ab Austria Belgii Gu-
 bernatorem contra Jansenii
 Fautores.*

X 3

Pari